

ascendit tach. *IIII<sup>c</sup>* *L*, et ad sibi dandum canevacum pro tach. *VI<sup>c</sup>*; restat tach. *III<sup>m</sup>* *VI<sup>c</sup>* *XLVII*, quos solvere debet in adventu galearum; tamen idem Saracenus asseruit se debere recipere a dicto Veneto tach. *V<sup>m</sup>*, et totidem opportuit nos solvere. Item *Bertucius Cichola* emit ab Allil de Foa bombicem rotulorum *V<sup>c</sup>* *LXII* ad rationem cuiuslibet rotuli, tach. *II<sup>c</sup>* *XV*: summa tach. *VIII<sup>m</sup>* *IIII<sup>c</sup>* *XXX*; tali pacto quod dictus Venetus statim dare teneretur eidem Saraceno in pecunia tach. *M.* et solvere jus regis, quod ascendit tach. *V<sup>c</sup>* *LVI*; residuum autem solvere debet in adventu galearum, quod ascendit ad tach. *VII<sup>m</sup>*, *VIII<sup>c</sup>* *LXXIIII*. Dictus autem Saracenus asserere habuit se debere recipere ab eodem Bertucio Cichola tach. *VIII<sup>m</sup>* *V<sup>c</sup>*, et sic opportuit nos solvere. — Summa summarum, tach. *XXVII<sup>m</sup>* — Notificantes vestre dominationi quod Saraceni predicti reciperunt a nobis plus quam reperiretur in nostris quaternis de l' Aïatio scriptum, tacholini *II<sup>m</sup>* *VIII<sup>c</sup>* *LXXXX*; in nostris autem quaternis predictis reperatum fuit dictos Venetos dare debere in summa tach. *XXIIII<sup>m</sup>* *CVII*. De bonis autem predictorum Venetorum scilicet Marci Ardizoni, Petri Massarii et Petris Salomonis reperivimus in nostro regno ita quod officialibus nostris mandavimus, quod reciperent tantum de eorum bonis quantum ascendit illorum debitum quod est superius declaratum; videlicet tach. *XI<sup>m</sup>*; ita quod restat nos debere adhuc recipere tach. *XVII<sup>m</sup>*.

Tam nos quam vestram excellentiam ad nuptum conservet  
Omnipotens.

[Commemorali III, f. 193].